Quelle: https://manuscripta.at/?ID=5026
Copyright: CC BY 4.0 <img
src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png">



344

rosolimis traditus sum i manu
romanorum: qui cum interrogaui
de me habuisset voluerunt me di
mittere: eo quod nulla esset causa
mortis in me Contradicentibus at
iudeis coactus sum appellare ce
sarem: non quasi gente mea ha
beam aliquid accusare. Propter hac
igitur causam rogaui vos videre et al
loqui. Propter spem enim israel
catena hac circumdatus sum At illi
dixerunt ad eum Nos neque litte
ras accepimus de te a iudea. ne
que adueniens aliquis fratrum
nuntiauit aut locutus est quid
de te malum Rogamus autem a te au
dire que sentis. Nam de secta
hac notum est nobis. quia ubique ei
contradicitur Cum constituisset autem
illi diem venerunt ad eum in hospi
cium plurimi. quibus exponebat
testificans regnum dei suadens
eis de iesu ex lege moysi et
prophetis a mane usque ad vesperam
Et quidem credebant his que di
cebantur. quidam vero non credebant
Cumque inuicem non essent consenti
entes dimittebant dicente paulo unum
verbum Quia bene spiritus sanctus lo
cutus est per ysaiam prophetam ad pa
tres nostros dicens. Vade ad popu
lum istum et dic. Aure audietis et non
intelligetis. et videntes videbi
tis et non aspicietis Incrassatum
est enim cor populi huius et auribus graui
audierunt et oculos suos compresse
runt: ne forte videant oculis
et auribus audiant et corde intel
ligant et conuertantur et sanem
eos Notum ergo sit vobis: quoniam
gentibus missum est hoc salutare
dei et ipsi audient et cum hec dixis
set egressi sunt ab eo iudei multam ha
bentes inter se questionem Mansit autem
biennio toto in proprio conducto et suscipe
bat omnes qui ingrediebantur
ad eum: predicans regnum dei et do
cens que sunt de domino iesu cristo cum
omni fiducia sine prohibitione.

Explicit liber actuum apostolorum

Incipit prologus in epistolas canonicas

Non ita est ordo apud
grecos qui integre
sapiunt fideique recta
sentiunt epistolarum sep
tem que canonice nuncupantur. sicut in latinis codicibus
inuenitur. Vt quia petrus est primus
in ordine apostolorum. primo fuit ei
eius epistole in ordine ceterarum
Set sicut euangelistas diuina ad
veritatis lineam correxerunt; ita
hic apostolorum ordinem deo iuuante fe
dimus. Est enim una carta prima
iacobi: duae petri: tres iohannis. et iude una ceteris sicut
ab eis digesta sunt ita quoque ab
interpretibus fideliter in latinum ver
tereturque eloquium: nec ambigui
tates legentibus facerent nec si
monum sepe varietas impugnaret illo saepuscolo ubi de
unitate trinitatis in prima iohannis
epistola poetice legimus. in qua erat
ab infidelibus translatoribus mul
tum erratum esse a fidei veritate
comperimus: tres tantummodo vocabu
la hoc est aque sanguinis et spiritus
in ipsa sua editione ponentibus: et
patris verbique ac spiritus testimo
nii omittentibus in quo maxime
et fides catholica roboratur: et
patris et filio et spiritus sancti una
diuinitatis substantia comprobatur
sicut ceteris veteribus epistolis quibus antea a